



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Mathesis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

virgo & martyr Agnes respondit, sanguis Christi sponsi mei tinxit genas meas. *Collectan. Hieroglyphic. libr. 4.*

cum ipsa potiri non possent, ancillis miscebantur. *Strabon. p. Impudentia.*

Hadrianum Romanorum Imperatorem ferunt ex Mithridate peritula præciuisse futura ac Varum non forte longævum. Virgiliano carmine:

*Offendent terris hunc tamen fati, neque videri,
Esse sinit. &c.
Dion. Cassius.*

Mathesis.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Mathesis, *ut dicitur*, vel *Mathema*, *quod dicitur disciplina, a matris dicitur*, quod est discere, & docere, significat. Mathematica dicuntur artes quæ firmis demonstrationibus constant. Harum periti mathematici appellantur, qui Geometriam, Musicam, Arithmetica & Astronomiam callent. Chaldaei qui temporis successu Astronomiam in Astrologiam diuinitricem conuerterunt. Mathematici tandem sunt nominati, atque tota illorum professio infamis habita est.

Falso illi in quinque distincta genera diuinationem suam Astrologiam diuiserunt: quorum vno conuersiones annuas & mensuras, altero mutationes aeris, tertio electiones, quarto prædictiones ex natura, vltimo responsiones ad omnia quaerita, pertractant, explanatione longa iudiciorum Astrologorum & canonum multiplicium, egressi limites phisicos, vel superstitione, quæ sola per genes meutes mortalium oppresserat, imbecillitatem hominum occupat, aut ambitione, vel spe quaerit.

SENTENTIÆ POETICÆ.

Ouid. i. Fast.

*Felices animi, quibus hæc cognoscere primis,
Iusq; domus superas scandere cura fuit.
Credibile est, illos pariter vixisse, lociq;
Altius humanis exercuisse caput.
Nam Venus est vinum sublimia pectora fregit,
Officiumq; fortis militis æque labor.
Nec leuis ambitio, perfusaq; gloria furo:
Magnarumq; famæ sollicita auribus opum.
Admonere oculos distantiæ sidera nostris:
Ætheraq; ingenio suppoiere suo.
Superetur calum, non ferat Ossum Olympus,
Sammaq; Peliculus sidera tangat apex.*

SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Mathematica sapientes non facit, quare veteribus puerorum studium fuit: imò qui ci solitotum se tradit, occasiones errorum in philosophia maximas parit. *Ioan. Pic. Mirand. in Astrologiam, libr. 12. cap. 2.*

Mathematicæ appellantur scientiæ ob consuetudinem, verum indigent alio nomine euidentiore, quam opinionis, obsecutiore, quam scientiæ. *Plato de Repub. dial. 7.*

Mathematica doctrina est preparatio quædam, veluti in imaginibus exercitibus animam ad per se inuiciam exemplaris attingentiam. *Idem 12. Metaph. c. 7.*

Mathematicarum consideratio est prælium ad diuinorum contentationem. *Alc. c. 7.*

Mathematica non intelligibilia, vt plurimum non sunt intenta à natura, & ideo tractatur in eis de infinito, & eorum intelligibilia sunt omnino imperfecta, cum non in propriis suis subiectis deprehendantur, sed imaginatione quadam & fictione concipiuntur. *Auer. in Plat. Rempub. tract. 2.*

Mathematica non sese contingunt, sed duo extrema reuertuntur in vnum, & sic assimilantur continuo. *Arist. lib. 6. Metaphys. c. 1. text. 2.*

Mathematica non sunt substantiæ rerum, sed sunt accidentia superuenientia substantiis. *B. Thom. 3. Metaphys. lib. 13. text. 18.*

Mathematica, vt non sunt præter sensibilia, sic nec species rerum separatae sunt præter Mathematica & sensibilia. *Idem 3. Metaphys. lib. 14. text. 10.*

Mathematici, seu astrologi iudicii, genus hominum potentibus infidum, spectantibus fallax, quod Romæ & vetabitur semper & retinebitur. *Tacit. hist. lib. 1.*

APOPTHEGMATA.

*Aristippus cum ciuibus suis nauigans, naufragio eiectus in litore maris vidit figuras Mathematicas in arena depictas. Salua, inquit res est, hominum vestigia conspicio. Voluit ostendere vir sapientissimus, eos demum esse homines, qui cognitione diuersarum artium à cæteris animalibus differrent. *Vitruuius lib. 5. de Architectura, & Erasim. lib. 3. apoph.**

*Diogenes reprehendebat Mathematicos, quod solem, lunam & stellas intuerentur, ea autem non viderent, quæ essent ante pedes. *Laert. lib. 6. apoph.**

Ariston eos, qui encyclopaediæ & mathematicis disciplinis vacarent, neglecta philosophia, similes dicebat esse protis Penelopes, qui

SIMILITUDO.

Clementis. Sicut fieri solet, vbi somnia aliqua viderantur & nihil certi intelligunt, cum aliquis occurreret eorum remota ad ea, quæ acciderint, aptant etiam somnia visum: ita est Mathematicis & Astronomis, quæ certum somnia visum: ita est Mathematicis & Astronomis, quæ certum nihil pronunciantur, postquam aliquod acciderit, rei iam gestæ colligunt causas. *Idem 1. cognit.*

HIEROGLYPHICVM.

Per *Orygen* animal pictum aut sculptum, Mathematicam nomen *Aegyptii* intelligebant: siquidem illi, cum *Soteren* lud suum, quam nos canaliculam appellamus, magno cultu querebant: de quæ die, quo præcipue oritur, solliciti admodum essent, animaduertent, *Orygen* lyderis eius orum ferant, etiam clamore editeri significare, quasi vel orum nuntiatum iubeat. *Pier. Valer. l. 10. pag. 90.*

Vide *Astronomia, Astrologia, Geometria.*

Matrimonium.

DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

Matrimonium, Græce *νύμφη*, *matris*, & *ἐκ*, *matris*, *matris* dicitur. Hebr. *Catunnah*, nuptiarum dies, celebratio nuptiarum & sponsaliorum. *Cantic. 3. vel 4.* à verbo *Catunnah* nuptiarum contraxit, propinquitatem inuiri per desponsationem *nes. 3. 4. 9.* Græci pro *Caph* expresserunt *Gimel*, vt *γίμνη* propinquus vel à finis sum, *γίμνη*, affinis, propinquus cognatio, *γίμνη*, propinquitas, cognatio.

Est autem matrimonium legitima societas inter virum & feminam, in qua ex pari consensu semetipsum alteri debet, *Augustin. lib. de virginitate beatae virginis.*

Matrimonium est viri mulierisque coniunctio maritalis, quæ legitimas personas vitam indissolubilem retinet. *secundum Augustinum sentent. sent. 4. sent. dist. 22.*

Matrimonium est coniunctio maris & femine, inter penitus legitimas indiuiduam vitæ consuetudinem retinet, vt *lib. 22. q. 2. 5. 2.*

Matrimonium dicitur, quasi matris munium, id est, quodammodo quasi matrem muniens, vel monens, vel quasi mater matris, quasi à matre & nato. Dicitur autem magis matre, quæ pertinet ad rationem eius, quam pater. Nam mulier propter hæc facta est propter hoc non autem vir. Et mulier circa prolem dicitur magis officiosa. *ex B. Thom. 4. sent. dist. 27. q. 1. art. 1.*

Matrimonium contrahendum impediencia, & iam contrahendi dirimentia, sunt, quæ detinentur his verbis:

Error, Condicio, Votum, Cognatio, Crimen, Cultus, Disparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Non solus, Si sit infans, si forte coire Negabitur, Hac socianda vetant connubiæ, iudicæ retractant.

LOCI BIBLICI.

Matrimonium inter Iudæos & Gentiles contra eorum contractorem exempla: *Elau, Genes. 26. v. 34. & 35. & 38. 9. Iudæ. 38. 1. 2. Ioseph. 41. 45. Moyses, Exodus. 21. Samson, Iudæ. 14. 3. Iudæ. mon. 2. Reg. 3. 1. & 11. 2.*

Matrimonium à Deo institutum, *Genes. 2. 24. Prover. 2. 17. Iudæ. 2. 15. Matrimonium mare & femine ex eadem impatiendos apud Iudæos iungebat, Num. 27. Requirit consensum sponsi & sponsæ, *Genes. 24. 56. 57. 58. 57. & 1. Sam. 18. 40. 41. 42. Retinetur perurundam in matrimonio contrahendo exempla leguntur in historia Iſaaci, *Genes. 24. Iacob, Gen. 29. Samson, Iudæ. 14. 17. Dauid cum Michol, 1. Sam. 18. & cum Abigail, 1. Sam. 25. sponsi & sponsæ in Galilæa, *Ioan. 2.****

Maritorum erga vxores officium & authoritas, *Genes. 3. v. 16. Num. 5. v. 12. 18. & 30. v. 7. 13. Deuteronom. 21. v. 15. 16. & 24. v. 1. Prover. 5. v. 18. & 18. v. 22. & 31. 9. 10. Eccles. 9. 9. 9. Eccles. 7. v. 18. & 25. v. 2. 27. & 26. v. 1. Malach. 2. v. 14. 16. 1. Corin. 7. v. 2. 3. 9. 2. 10. Ephes. 5. v. 22. Coloss. 3. 18. Tit. 1. v. 4. Timoth. 2. v. 11. 1. Pet. 3. v. 7. 1.*